

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

BOLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0409

Sabato 22.06.2013

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ LE UDIENZE
- ◆ LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA CELEBRAZIONE DI CHIUSURA DEL VI CENTENARIO DEL RITROVAMENTO DELLA STATUA DELLA "MADONNA DELLA LIBERA" (SANTUARIO DI CERCEMAGGIORE, CAMPOBASSO, 2 LUGLIO 2013)
- ◆ LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA CELEBRAZIONE DEL 1150° ANNIVERSARIO DELL'ARRIVO DEI SANTI CIRILLO E METODIO IN TERRITORIO CECO (VELEHRAD, 5 LUGLIO 2013)
- ◆ LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA CELEBRAZIONE DEL 1150° ANNIVERSARIO DELL'ARRIVO DEI SANTI CIRILLO E METODIO IN TERRITORIO SLOVACCO (NITRA, 5 LUGLIO 2013)
- ◆ RINUNCE E NOMINE

◆ LE UDIENZE

LE UDIENZE

Il Santo Padre Francesco ha ricevuto questa mattina in Udienza:

Sua Altezza Em.ma Fra' Matthew Festing, Principe e Gran Maestro del Sovrano Militare Ordine di Malta, e Seguito;

la Signora Rosandić Šarić, già Ambasciatrice di Croazia in Argentina;

il Rev.do Padre François-Xavier Dumortier, S.I., Rettore della Pontificia Università Gregoriana.

Il Papa riceve questa mattina in Udienza:
Partecipanti al Pellegrinaggio della Diocesi di Brescia.

[00936-01.01]

**LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIAUTO SPECIALE ALLA CELEBRAZIONE DI CHIUSURA DEL VI
CENTENARIO DEL RITROVAMENTO DELLA STATUA DELLA "MADONNA DELLA LIBERA" (SANTUARIO DI
CERCEMAGGIORE, CAMPOBASSO, 2 LUGLIO 2013)**

In data 25 maggio 2013, è stata pubblicata la nomina dell'Em.mo Card. Francesco Monterisi, Arciprete emerito della Basilica Papale di San Paolo fuori le mura, Suo Inviato Speciale alla celebrazione di chiusura del VI centenario del ritrovamento della statua della "Madonna della Libera", in programma il 2 luglio 2013 presso il Santuario di Cercemaggiore.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Papa all'Em.mo Card. Francesco Monterisi:

• **LETTERA DEL SANTO PADRE** *Venerabili Fratris Nostro
FRANCISCO S.R.E. Cardinali MONTERISI,
Archipresbytero olim Basilicae Papalis Sancti Pauli de Urbe*

Sexto volente saeculo ex quo observatissima Mariae orantis statua detecta est sub terra *Cercemaggiore*, Nos magnopere laetamur de innumerabilibus beneficiis quibus christifideles, Beatissimae Virginis hoc in loco devoti, constantem per eius intercessionem copiose ditantur. Cum enim primum incurrit aratum in illum urceum qui Dominae Nostrae effigiem includebat, illico incepérunt multa mira multaque sanationes quae incolarum fidem corroboraverunt atque auxerunt. Huic quidem venerationis Mariae primordii in *Cercemaggiore* narrationi aptissima sonant Psalmistae verba: "Posuit flumina in desertum et exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem" (*Ps 107, 33-34*).

Ergo idonea Nobis videtur petitio Venerabilis Fratris Ioannis Caroli M. Bregantini, Archiepiscopi Metropolitae Campobassensis-Boianensis, qui rogavit Nos ut aliquem Praesulem mitteremus qui Nostram gereret personam Nostrasque adstantibus gratulationes proferret. Hac de causa, ad sescentesimum anniversarium inventionis statuae Dominae de *Libera* convenienter commemorandum, te, Venerabilis Frater Noster, Patris purpurati dignitate ornatum ac devotioni Marianae colenda deditum, his Litteris nominamus ***Missum Extraordinarium Nostrum*** ac renuntiamus ut iure Nostram geras personam apud sanctuarium in *Cercemaggiore* die altero proximi mensis Iulii. Valde exoptamus ut haec commemoratio, quae ipso in *Anno Fidei* habetur, animos singulorum prope ac longe participum inflammet ad vias novas Christi Evangelii cognoscendas percurrendas et ubique instituendas. Haec celebratio faveat insuper devotioni erga Beatissimam Mariam Virginem quae iure meritoque a Christo originem et efficaciam trahat. Exoptamus ut tu, Venerabilis Frater Noster, nunties participantibus quam pretiosum sit christifidelibus exemplum Matris Dei quae provocet christifideles ad profundiorem in Deum fidei oboedientiam arctiore spiritalem cum Eius Filio communionem. Ne praetermittas quin Archiepiscopus Campobassensis-Boianensis ceterique adstantes Praesules, sacerdotes, Patres et Fratres Ordinis Praedicatorum aliique religiosi viri mulieresque necnon omnes christifideles laici Nostro salutentur nomine Nostramque erga se benevolentiam sciant.

Instanti denique prece Omnipotentem Deum exoramus, ut diligenter officium tibi concreditum expleas, ita ut omnes anniversaria participantes uberibus gratis a Domino ditentur.

Caelestium verum donorum conciliatrix et nuntia esto Nostra Benedictio Apostolica, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, libenter in Domino impertimus, quam item ad omnes congregatos volumus pertinere.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXVIII mensis Maii, anno MMXIII, Pontificatus Nostri primo.

FRANCISCUS

[00939-07.01] [Testo originale: Latino]

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA CELEBRAZIONE DEL 1150° ANNIVERSARIO DELL'ARRIVO DEI SANTI CIRILLO E METODIO IN TERRITORIO CECO (VELEHRAD, 5 LUGLIO 2013)

In data 10 maggio 2013, è stata pubblicata la nomina dell'Em.mo Card. Josip Bozanić, Arcivescovo di Zagreb (Croazia), a Inviato Speciale del Santo Padre alla celebrazione del 1150° anniversario dell'arrivo dei Santi Cirillo e Metodio in territorio ceco, in programma a Velehrad (Repubblica Ceca) il 5 luglio 2013.

L'Em.mo Card. Josip Bozanić sarà accompagnato da una Missione composta dai seguenti Ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Tomáš Holub, della diocesi di Hradec Králové, Segretario Generale della Conferenza Episcopale Ceca;
- Rev.do P. Ladislav Nosek, S.I., Vicario parrocchiale della parrocchia di Santo Stefano a Praga e Cappellano in alcune scuole cattoliche ceche.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Papa al Card. Josip Bozanić :

• **LETTERA DEL SANTO PADRE** *Venerabili Fratri Nostro
JOSEPHO S.R.E. Cardinali BOZANIĆ
Archiepiscopo Metropolitae Zagrebiensi*

Congruum solet catholica Ecclesia cultum Sanctis cunctis praestare iisque potissimum qui operibus insignibus animose sciteque vacaverunt, quique, bene de Ecclesia meriti, clara virtutum exhibuerunt exempla itemque flagranti permoti studio penitus se Deo consecrarunt Evangelique nuntio diffundendo. Inter hos sunt annumerandi procul dubio sancti Cyrillus et Methodius. Etenim "suo charismate exsequendo Cyrillus et Methodius decretorias quasdam partes ad Europam aedificandam attulerunt non in communione modo religiosa et christiana, verum in unitate etiam civili ipsius et culturali" (*Slavorum Apostoli*, 27).

De horum caelitum in Magna Moravia adventus rogatu principis Rastislavi millesima centesima quinquagesima iam appetit memoria, quae mox sollemnem in modum Velehradi celebrabitur. Compatronorum horum Europae recordatio dat copiam oecumenica incepta sustinendi ac christianum cultum inter ipsius gentes amplificandi. Quapropter libentes volentesque postulatis occurtere volumus Venerabilium Fratrum Episcoporum Reipublicae Cechae. Cum autem Nos huic eventui recolendo interesse Ipsi non possimus, eminentem Praesulem mittere decrevimus, qui animi Nostri sit interpres ac Nostram dilectionem deferat. Ad te igitur, Venerabilis Frater Noster, cogitationem convertimus, quem omnino parem iudicamus huic officio sustinendo, quippe qui probanda praestes sollertia singularique actuositate. Itaque magnam aestimationem Nostram significantes, te ***Missum Extraordinarium Nostrum*** ad illum sacrum ritum die V proximi mensis Iulii agendum renuntiamus et constituimus. Universis quidem huius commemorationis participibus cunctisque adstantibus Nostra bona verba Nostramque benevolentiam ostendes, quibus omnes Pastores, in primis Archiepiscopum Metropolitani Pragensem Dominicum S.R.E. Cardinalem Duka, O.P., septuagesimum aetatis agentem annum, et fidelium communitatem complectimur. Ipsorum sanctorum Cyrilli et Methodii in omnes devocamus patrocinium, qui supernis beneficiis eosdem iuvare dignentur, ut inibi homines sine cunctatione vel tarditate in iisdem atque ipsi incurant vestigiis. Benedictionem demum Nostram Apostolicam Nostro nomine impertias volumus, quae sit superni subsidii firmamentum et animorum renovationis incitamentum.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXIX mensis Maii, anno Domini MMXIII, Pontificatus Nostri primo.

FRANCISCUS

[00940-07.01] [Testo originale: Latino]

**LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA CELEBRAZIONE DEL 1150° ANNIVERSARIO
DELL'ARRIVO DEI SANTI CIRILLO E METODIO IN TERRITORIO SLOVACCO (NITRA, 5 LUGLIO 2013)**

In data 10 maggio 2013, è stata pubblicata la nomina dell'Em.mo Card. Franc Rodé, C.M., Prefetto emerito della Congregazione per gli Istituti di vita consacrata e le Società di vita apostolica, ad Inviato Speciale del Santo Padre alla celebrazione del 1150° anniversario dell'arrivo dei Santi Cirillo e Metodio in territorio slovacco, in programma a Nitra (Repubblica Slovacca) il 5 luglio 2013.

Il Cardinale Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione composta dai seguenti Ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Vladimir Stahovec, della diocesi di Rožňava, attualmente Rettore del Pontificio Collegio dei Santi Cirillo e Metodio a Roma;
- Rev.do Don Martin Kramara, della diocesi di Žilina, Cappellano incaricato dalla diocesi di Roma della pastorale per gli slovacchi ivi residenti.

Riportiamo di seguito la Lettera del Santo Padre al Card. Franc Rodé, C.M.:

• **LETTERA DEL SANTO PADRE** *Venerabili Fratri Nostro*

FRANCISCO S.R.E. Cardinali RODÉ C.M.,

Congregationis pro Institutis vitae consecratae

et Societatibus vitae apostolicae olim Praefecto

Millesima centesima quinquagesima recolitur iam memoria ex quo tempore ad hodierna Slovakiae loca pervenerunt sancti Cyrillus et Methodius Evangelii nuntium allaturi atque Domini salutaria beneficia gentibus illis subministrari copta sunt. Per sacram liturgiam et litteras non modo spiritale pabulum est suppeditatum verum etiam humanitas cultusque. "Ambo fratres, consciit antiquitatis et legitimae rationis eiusmodi sacrarum traditionum, non veriti sunt linguam Slavicam in liturgia adhibere, quam efficax instrumentum effecerunt ad veritates divinas iis tradendas, qui eo utebantur sermone" (*Slavorum Apostoli*, 12).

Admodum ideo decet et convenit ut eventus hic congruenter commemoretur et optimo iure extollatur. Celebratio enim haec copiam dat et facultatem non huius rei dumtaxat memoriam repetendi, verum homines ad translaticiam hereditatem considerandam et firmorem fidem certioraque proposita, pristinis illis instantibus exemplis, permovendi.

Benignissimo igitur favente Domino, evenientis mensis Iulii V die Nitriae sollemnis erit ab illorum adventu anniversaria commemoratio agenda, concurrentibus quoque fidelibus circumcirca commorantibus, ut agri hi dominici, inde fere sumentes vim, ubiores fructus fundant et laetiores spiritales commoditates in dies experiantur.

Quocirca ut ritus hic magnificentius efficaciusque evolvatur, postulantibus Slovakiae Praesulibus, cum Nos adesse non possimus, libentissime mittere aliquem eminentem Praesulem statuimus, qui partes Nostras sustineat et Personam agat. Ad te autem, Venerabilis Frater Noster, cogitationem convertimus, qui prorsus idoneus occurris ad ministerium hoc praestandum et luculenter explendum. Itaque permagna moti affectione, te, Venerabilis Frater Noster, ***Missum Extraordinarium Nostrum*** renuntiamus et constituimus ad celebrationem quam supra diximus agendam.

Universis igitur participibus fidelibusque inibi cunctis mentem nostram benignam ostendes, cum quamvis longo spatio separemur adsimus spiritu praesentes. Demonstrabis insuper horum Europae compatriorum claritatem, qui ut Ecclesia his in partibus amplificaretur summopere adlaborarunt. Omnibus Nostro nomine Benedictionem Apostolicam impertas volumus, quae sit animorum renovationis signum et Nostrae dilectionis certissimum documentum.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXXI mensis Maii, anno MMXIII, Pontificatus Nostri primo.

FRANCISCUS

[00941-07.01] [Testo originale: Latino]

RINUNCE E NOMINE• RINUNCIA DI AUSILIARE DI ROCKVILLE CENTRE (U.S.A.)• NOMINA DEL VESCOVO DI SAPPORO (GIAPPONE)**• RINUNCIA DI AUSILIARE DI ROCKVILLE CENTRE (U.S.A.)**

Il Santo Padre Francesco ha accettato la rinuncia all'ufficio di Ausiliare della diocesi di Rockville Centre (U.S.A.), presentata da S.E. Mons. John Charles Dunne, in conformità ai canoni 411 e 401 § 1 del Codice di Diritto Canonico.

[00937-01.01]

• NOMINA DEL VESCOVO DI SAPPORO (GIAPPONE)

Il Papa ha nominato Vescovo della diocesi di Sapporo (Giappone) il Rev.do Bernard Taiji Katsuya, del clero di Sapporo, Responsabile del Distretto di Sapporo e Parroco.

Rev.do Bernard Taiji Katsuya

Il Rev.do Bernard Taiji Katsuya è nato il 2 dicembre 1955 nella città di Muroran-Hokkaido, nella diocesi di Sapporo, in Giappone. Ha terminato il Liceo Sakae di Muroran nel 1974 e nel 1979 ha conseguito un Diploma in Lettere (Psicologia) all'Università Senshu (Tokyo). Ha completato gli studi teologici all'Università *Sophia* (Tokyo) nel 1985.

È stato ordinato sacerdote il 29 aprile 1986 e incardinato nella diocesi di Sapporo.

Dopo l'ordinazione sacerdotale ha ricoperto i seguenti incarichi: 1986-1989: Coadiutore di Konopporo (Sapporo); 1989-1992: Parroco di Naganuma, Yubari (Sapporo); 1992-1998: Parroco di Teine (Sapporo); 1998-1999: Corso di rinnovamento a Nemi (Italia), con i Missionari Verbiti; 1999-2003: Parroco a Sapporo e Direttore dell'Asilo *Maria – Hanakawa*; 2003-2004: Parroco di Maruyama (Sapporo) e Direttore dell'Asilo *Sayuri-Maruyama*; dal 2004: Parroco di Kita Hiroshima (Sapporo) e Direttore dell'Asilo *degli Angeli*, Kita Hiroshima; dal 2006: Co-direttore dell'Ente Scolastico Cattolico dell'Hokkaido; dal 2008: Responsabile del Distretto di Sapporo; dal 2012: Parroco sostituto di Tsukisamu.

[00938-01.01]

[B0409-XX.01]